



## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,  
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

In Festo S. Barnabæ Apostoli. Hoc est præceptum meum, vt, &c. Ioan. 15.  
1. De dilectione Dei & proximi generatim. 2. De parentum in suos amore  
corporali & spirituali. 3. De præcepto, cur nouum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

IN FESTO S. BARNABAE  
APOSTOLI

Partitio.

- I. De dilectione Dei & proximi generatim.
- II. De parentum in suos amore corporali & spirituali.
- III. De precepto, cur nouum appellatum.
- IV. De dilectione Dei speciatim & proximi.
- V. De Apostoli Barnabae dignitate, & cur vir bonus.
- VI. De eiusdem humilitate alijsq; dotibus.

Hoc est preceptum meum, vt diligatis inuicem. Ioan. 15.

## FIGVRA.

Zach. 4.

Vldit olim Zacharias Propheta in mentis sua ecclesiæ raptu aureum quoddam candelabrum, quod semper lucentem in summitate lychnum, & circumcirca septem lucernas minores collucentes complectebatur. Prophetica hæc visio, si quando attentius perspicitur, vt ceteras interpretum loci huius expositiones hodie præmittam, aliquid ad S. Barnabae commendationem ac laudem designare videtur: fuit namque gloriosus hic Apostolus in Ecclesia Dei velut sublustre quoddam candelabrum aureum: qui in summitate erat lychnus, insignem eius denotabat fidem charitate succensam; septem vero lucernæ minores circumsecus ardentes septem Spiritus sancti donorum, quæ in ipso vniuersa erant, & in anima eius lucem dederunt, imago erant. Erat etenim plenus Spiritu sancto. Dies hæc & hæc ipsa hora ad insignem vobis hanc figuram explicandam destinata est, simul ad integram vitæ eius historiam, perfectionum eius statum, virtutum ac diuinorum charismatum numerum, sanctitatis eius splendores, meritorum denique maiestatem explicandam. Verum vt tam arduum aggredi opus & ita audax facinus pro dignitate ad finem deducere valeamus, Spiritum Paracletum inuocemus, eiusq; opem imploremus, illius vt gratia & benedictione suffulsi, cum honore & pro Apostoli

nostri dignitate materiam hanc prosequi, perque eius præconiorum campum discurrere possimus. Gloriosissimam primò Virginem oremus, nobis vt hic adhi præsentq; optuletur, eamq; genu flexo Angelicis verbis salutemus:

## AUE MARIA.

Sicuti primum ac maximum legis præceptum, vt de sacrorum librorum testimonio eruitur, est, Deum ex toto corde suo diligere; ita secundum ac simile huic est, proximum vt nosmetipsum esse diligere. Hoc n. modo apud D. Matth. Deum diligitur. Redemptor namq; à quodam legisperito quoad materiam interrogatus, respondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Hoc est primum & maximum mandatum: secundum verò simile est huic, Diliges proximum sicut teipsum. Hæc sunt duo illa luminaria magna, quæ in mundo creator vniuersorum accedit, vt ipsam Ecclesiam illuminaret. Sunt duo illi Cherubim aurei, supra propitiatorium eleuati, seque mutuo conspicientes. Sunt & duæ illæ catenulæ aureæ, quibus summi Pontificis rationale connectebatur & combinabatur, de quibus hoc modo in Exodo mandauit Dominus: Facies & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes.

Et sanè duo hæc magna & illustria mandata sunt item ingentes illæ ac primariæ columnæ, quibus vniuersa templi Salomonici moles incumbbat. Sunt adhæc pretiosæ illæ inaures aureæ Rebecca datæ appendentes siclos duos, quarum Genesis meminit. In aures porro hæc denotant fidem, quæ ex Apostoli sententia, ex auditu est: bini verò sicli, duo hæc mandata representant, quorum hoc amor erga Deum, illud erga proximum spectat: nam omne fidei pondus & pretium in duabus hisce rebus consistit, iuxta hoc Euangelij epiphonema: Ex his enim duobus præceptis tota lex pendet & Propheta.

Sunt quoque duo sponse vbera, de quibus amans sponfus ait: Duo vbera tua sicut duo hinnuli. Sunt & forsitan duo illi titiones ardentes, quos conspexit Isaias, & quidem prælongos Isai. 7. & caudatos: duo namq; hæc mandata, amore velut duo quidam titiones igniti æstuantia, ingentes post se caudas trahunt: eò quod longè lateque pateant, & ab his duobus vniuersa lex & Propheta dependeat.

Sunt præterea duæ illæ insignes, suæves, & Zach. 4. viii.

Viridantes oliuæ, quas aureo quondam candelabro superpositos Zacharias cōspexit: amor quippe tum erga Deum, tū proximum, qui merita quædam dulcedo est, candelabro fidei, velut egregiæ quædam oliuæ, innixus est. Deniq; sunt bina illa talenta, quæ seruis suis paterfamilias dedit, vt ijs lucrū facerent, quo: ū Euangelium meminit. Deus namque magnus ille paterfamilias duo nobis hæc mandata veluti duo quædam talenta aurea legauit, vultq; nos vt frugi & fideles seruos ex ijs lucrum adaugere, eademque executioni mandare.

*Prælati*  
*magna in*  
*proximum*  
*amore ferri*  
*debet.*

Adeo, vt quemadmodum primo Deum diligere, idque ex toto corde debemus, ita & proximum vt nos ipsos amare teneamur. Atq; hæc in primis, & præ reliquis ad Prælatos cura spectat, quorū est magnum erga subditos zelum, amorem, insignemq; affectum testari, & quidem omnibus in rebus, eorumq; causa omnē denum quæ occurrere potest difficultatem equanimiter subire.

*Jacobus*  
*bonorum*  
*pastorum*  
*magis.*  
*Gen. 31.*

Insignē huiusce rei figurā Iacobus Patriarcha suggerit, & ea qua pro loceri ouibus laborauit sollicitudine, vigilantia atque anxietate, pastoribus omnibus præbuit, quo in suorum bonum salutemq; incumbere debeant affectu. Etenim ipse Labano commissi sibi gregis rationem reddens, hoc eum est modo allocutus: *Diu noctūq; estu urgebar, & gelu, fugiebariq; somnus ab oculis meis: oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, ego damnum omne reddebam, &c.* O sedulum vigilemq; pastorem! Eum se gerat bonus Prælati opo. ter erga gregem Iesu Christi: id est: eius est damna si quis euenerint refarcire, pro peccatis delictisq; alienis exactè satisfacere, fidem nutantem restituere, amissam reuocare, rectam enātibus viam ostendere, pietatem semisopitam reaccendere, intermissum neglectumq; Dei timorem reinfundere, à Dei religione, cultu obsequioq; alienatos ad ipsam reducere, denique ruinas omnes reparare, & si quid in Ecclesia luxatum, fractum, ac dissolutum, in integrum vigoremque pristinum restituere.

*Bonorum*  
*Prælatorū*  
*officium.*

Partium item illorum est, curare, ne quæ oues steriles sint aut inferaces, id conuicti ac cōtendere, vt animæ Christianæ, quæ Dei sunt oues, de quibus scribitur: *Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ.* & alio loco, *Oues mea vocem meam audiuit;* bonis operi-

*Illorum*  
*est dare o-*  
*portet, ne quæ*  
*oues steriles*  
*sint.*  
*Psalm. 99.*  
*Leuit. 10.*

bus fecundæ sint, virtutes sibi comparent, bonis præluceant exemplis, lasciuias & insolentias seculares declinent, Dei cultū spectent, eius vnus honorem ac gloriā nulla non in re sectentur. Requiritur insuper, vt fideles hi & diligentes pastores noctu & interdiu vigilant, æstum & fatigis perferant, omnesq; quæcumq; hoc in mūdo ingruere difficultates queunt, ad honorem Dei, animarum salutem, delinquentium conuersionem, fidelium conseruationē, hæresum eradicationem, & vniuersæ Ecclesiæ exaltationem augmentumque generosè & infracta quadam constantia subeant. Officij item pastorum horum est, in dicecesibus suis commorari, in continuis agere, haud procul à commissio grege excubijs nocte dieq; vigilare, vt impendentem subditis irati numinis dextram Prælatorum tollant, & à cœruicibus ipsorum iustitig illius est Deum flagella sua vigilantia sedulitateque auertant. iratum plu-

Flagrans hic amor ita in veterum illorum care. Patrum ac Pastorum præcordijs aestuauit, tantaq; se efficacia exseruit, vt illorum pleriq; re tam suam ipsa eundem testaturū, suam obijcere, vitam obtulere ac sanguinem offerre minimè dubitarint. De pro proximo Mose namq; illustri illo legislatore hoc modo mis. Psalmodographus prodidit: *Dixit, (id est, proposuit) Deus, vt disperderet eos, si non Moses electus eius steterisset in confectione, in conspectu eius, vt auerteret irā eius, ne disperderet eos.* Vt, quæ hæc sit confectione, constat, consulendus textus Hebraicus dicens: *Si non Moses electus eius steterisset in muri ruina, vt reprimere impetū eius.*

Ducta verbi huius metaphora à ciuitate circumquaque hostilibus copijs cincta: vbi enim latus quidam, muro ad terram deiecto, hiatus patet, & iam iam hostis violenta urbem manu ingressurus est, qui in ea sunt generosi milites ac ciues patriæ amore acti, murum petūt, & per ruinam hostem ingredientem excepturi & per ferrum, & enses ruunt intrepidi, & vnicā rem saluam esse cupientes, validā cum manu repellunt. Ita regressit M. Horatius Cocles eques Romanus, qui, viso ab Etruscorū rege Porlena Romani ingenti manu patriam premi, vitæ salutiq; propriæ prodigus, ad pontem Tibri imminentem illius solus impetū excepit. Dicere ergo Vates vult, Mosē viso Deum populo suo succensere, & ad eum penitus delendum iram induisse, generosi cuiusdā ducis in morē, obuiam intrepidè irato processisse, in confectione:

atione sterisse, suis vt precibus iracundiam auerteret, animum leniret, ad clementiam denique ac misericordiam flecteret.

Num. 27.

Ingens  
Mosis in  
populum  
sui amor.

Cum Mosem Deus in montem Abarim duceret, atque inde illi terram promissionis, terram lacte, & melle & vino manantem, & filiis Israel toties promissam ostenderet, diceretque eadem illum excludendum; non ideo generosus hic populi ductor animo concidit, aut tristitiam vultu testatus est, imò ne vel ad modicum vitam petijt produci; sed de ijs quæ officij sui erant duntaxat laborans, & ardentissimo boni salutisque proximorum flagrans desiderio, pro populi conseruatione Dominò supplicauit, dicens: *Prouideat Dominus Deus spirituum omnium carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit populus Domini sicut oves absque pastore.* O illustrem præpositum! o vere passorem admirabilem! Note, obsecro, Auditores, vt nullam propè vxoris, filiorum, suipius curam habeat, at de solius Dei honore, ac proximi commodo, de populi inquam sui directione, conseruatione ac gubernatione sit sollicitus.

3. Reg. 17.

Eliæ in  
iuos amor,

Idem amor in Eliæ Prophetæ præcordijs mirificas excitauit flammæ, vt è sacris literis fit manifestum. Video namque diuinæ flagella iracundiæ ac vindictæ in terram Israel itidem desæuire, atque ita quidem desæuire, vt triennio ac semestri nullo cœlitus imbre eadem irroraretur, ac proinde magna omnium rerum foret caritas, quam mira soli sterilitas, & tristis quædam telluris facies pariebat: *Ascendit Elias in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua;* quo facto maximus, nec opinato cœlitus imber decidit, quo longè lateque tellus denuo fœcundata est. Quid, quaeso, sanctus hic Prophetæ molesta hac ac difficili orandi ratione spectabat; vt ita se in terram prosterneret, caput inter poplites abderet, corpusque globi instar conuolueret? nec enim quemquam vtroque in Testamento legas hoc orandi Dei ritu vsu esse, quid inquam, illius causa fuit? vnicus nimirum amor, quo in proximum ferebatur. nam ad Dei in populum suum succensam iram demulcendam, illiusque iustitiæ brachia colliganda, hoc se cruciat & affligit modo,

Si quis autem ad ritus huius originem perspicendam propius ac penitus sancti huius uorum uiri hoc orantis ritu imaginem considerarit, comperiet illum veteribus Hebræis aliquatenus in usu fuisse. Herus namque ira & bilis concitatus, vt in seruum noxium animaduerteret flagris ac fustigatione commodius, manibus ad pedes ei ligatis, caput intra genua conuoluebat; vt rotundatum instar sphaeræ ac gyri mancipium ad herilia verbera, & omnigenæ feritatis supplicia excipienda immobile conuolutumque persisteret. Huius verò ritus meminisse videtur sanctus Iob, cum tyranni cuiusdam imaginem repræsentans, inter cætera de illo dicit: *Terrebit eum tribulatio, & angustia uallabit eum, sicut regem qui preparatur ad prælium.* sum postrema uerba alia uersione ita leguntur: *Sicut uir qui preparatur ad gyrum, capite intra crura diducto, ad uerbera excipienda Propheta itaque Elias hanc herorum consuetudinem perspectam habens, in terram se in monte Carmeli abiecit, & in globum conuolutus, capite intra genua abscondito, corporeque instar sphaeræ circulo, Deo se ad uerbera pro totius populi incolumitate ferenda offerre; perinde ac si diceret, iam triennio & semis, Domine cœli ac terræ, misera hæc regio dira iratum tuarum patitur flagella, placare tandem aliquando, pacem nobiscum aliquam ini, ac miselli huiusce populi te tangat miseratio: si flagris delicta eius ac noxæ puniri mereantur, equidem ad eius nomine eadem excipienda sum paratissimus; in me ergo tua tela vibra, in me arma conuerte, in meum tonitrua tua caput detonent; en me in flagella, & in omnigena, quacumque demum in me miserum animaduertere ratione uolueris, supplicia paratum. Exclamem ergo, o ingens & admirabilis amor!*

Quid autem de sanctorum, quos Euangelica lex protulit, amore dicemus? Vnicus mihi Paulus erit instar omnium; qui hoc de suo ac collegarum suorum pro animarum salute affectu ac zelo producit testimonium: *Facti sumus paruuli in medio uestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes uos cupide uolebamus tradere uobis non solum Euangelium; sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.* Ecquid in amoris huius dici testimonium uerius, amplius efficaciusque queat

queat? In hoc porro verus ac genuinus agnoscitur praelatus, si ad subditorum suorum commodum honores suos adapter, si Elisaei exemplo ad animas mortuas resuscitandas se nunc contrahat, nunc extendat, si apud paruos & humiles se humiliet, inter magnates vero & summates auctoritatem tueatur; si denique ad docendum Evangelium fortunas omnes suas, vitam imo & animam in proximi bonum salutemque animarum dare & offerre quam promptissimus sit.

Mirificè hoc exaggerat S. Ioannes, & ad Iesu Christi, magni illius omnium Prælatorum magistri, exemplum Pastores omnes ac Præsules pro salute aliorum suas exponere debere animas ait: *In hoc, inquit, cognovimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere: quasi diceret, Dei filius suum nobis ut amorem patefaceret, pro nobis mori dignatus est: ita bonos ac legitimos Pastores, ut qua erga subditos dilectione ferantur, ad oculum pateat, pro ijs, si quando se obtulerit occasio, libere emori necesse est. Huc vero magnopere eos inuitat filij Dei exemplum.*

In huius rei figuram in Exodo præcepit Deus, ut agno Paschali immolato pellis quidem auferretur, caro assaretur, eademque ab Hebræis per familias comederetur; verum es nullum illius frangeretur. Carnem scilicet agni iubet excruciatam & affligi, ossa vero ne quidem frangi voluit. O rem mirabilem! Denotare eadem volebat, pretiosissimam filij sui dilectissimi, agni illius immaculati, carnem in cruce igne passionis torquendam & affligendam, ut nimirum homines, quibus velut ossibus suis suum relinquere debebat robur, à cælesti vindicta immunes forent, & à flagellorum diuinorum fulminibus exempti, iustitiæ illius virgam non subirent.

Hoc ergo bonorum Pastorum exemplum est: hic diuini illius magistri est amor: videlicet eius magnitudinem, limites & extensionem, & quousque peruenit, discite ergo ab eo proximum diligere, & pro eo, si quando necesse fuerit, vitam ac sanguinem vestrum impendere. Atque hoc est, quod hodie in Evangelio præcipitur, & quod in S. Barnaba Apostolo locum habuit. Audiamus ergo quid dicat Euangelium *Hoc est præceptum meum, ut diligatis in-*

*Bess. de Sanctis.*

*uicem.* Ut materia hæc pro rei dignitate pertractetur, bifariam eam pro more disper-tiar: primò Euangelium exponam, deinde Apostoli huius virtutes & laudes percurram.

Principio ergo, ut à rebus naturalibus ordiamur, sapientissimus ille Deus, & in prospiciendo de alimentis, & educatione tum puerorum, tum catulorum, quam maximis plenam esse molestijs, laboribus & sollicitudine anxia non ignorabat, procuranda prudentissimus, quique suaviter & blandè omnia disponit, magnum quemdam parentum animis erga filios amorem & affectum inseruit; quo acti omnes difficultates, incommoda, molestias, fastidia, amaritudines, quæ educationem hanc comitari possent, generosè perstringunt, & intrepidè exsuperant. Et sane, quia, nisi amor hic immensus foret, parentes sepe numero sub laboribus & molestijs fatiscerent tandem à curanda educandaque prole desisterent, & sub curarum incommodorumque in puerilibus filiorum anais occurrentium fæce deficerent, imò exspirarent; hinc tam ingentem naturæ auctor ijs amorem erga sobolem indidit, ut eam inter manie species connumerare Plato non sit veritus. nec sanè præter rationem; Parentum quicumque enim parentum erga filios amoris erga filios acta perspexerit, verè argumenta stultitiæ videre se dicit.

Ut autem quàm difficilis ac molesta filiorum sit educatio, constat, è Taciti Patriarchæ id verbis intelligi potest, Rubeno filio dicens: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei,* quasi diceret, Tu Ruben inter filios meos natu quidem maximus, ac domus meæ robur, sed laborum etiam meorum principium, ex quo enim mundo te genui, neque patrem vidi, molestiarum torrentem subij, & omne exinde ab animo gaudium penitus exulauit.

Idem è Psalmo 77. eruamus licet: in quo generalis illius interfectionis diuino in Agyptios primogenitos iussu exercitè dum meminit Psalter, hoc loquitur modo: *Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum.* Si enim in filiorum educatione magnus parentum sit sudor & anxietas, maximus certè eorum labor & sollicitudo in primogenitis educandis apparet, erga quos

Si

p. oinde

II.  
Magnum  
Deus pa-  
rentibus  
erga filios  
amorem  
indidit, ut  
in eorum  
educatione  
non defau-  
gentur.

Parentum  
amor à Pla-  
tone dici-  
tur mania.

Gen. 4.

Psal. 77.

proinde vehementissimus esse parentum amor solet.

*Menander  
apud Epi-  
cietum.*

Non latuit hoc Ethnicos, in quorum libris egregias lego hæc de re sententias & apophthegmata; Menander in primis apud Epicetum, qui dixit: *Aut oportet viuere solum ac cælibem, aut natis iam liberis mori parentem; ad eò deinceps omnis vita acerba est.* Dicere mea sententia vult, sobolis educationem ac curam tot secum labores trahere parenteq; tot cruciare modis, vt ex quo in mundum eos dederint, mortem potius quotidianam patiantur, quam vitam viuant.

*Menander  
Comicus.*

Alius eiusdem nominis, & ob eas, quas scripsit comædias, Comicus appellatus eisdem insulit uestigijs, de que filiorum loquens educatione, egregiam hanc prouli gnomen: *Patrem esse plurimum habet molestia, metusq; & euras infinitas.* quasi dicat, ipsa honorem quidem & voluptatem esse re videtur paternitas, sed reuera non nisi molestiarum, timorumque seminarium est, anxietatumque illidem secum trahit, quibus animus patrum assidue lancinatur, ac noctu & interdium miserum illorum caput velut obtunditur.

*Democri-  
tus.*

Plura etiam addit Democritus filiorumque procreationem, atque honorificum (vt quidem apparet) patris nomen magnopere deprimat: *Non probo, inquit, liberorum propagationem nam in ipsorum possessione multa magnaq; inesse video discrimina, & molestias plurimas, pauca verò iucunda, eadèq; tenuia & exilia.*

Ne ergo animum desponderent, & tam grauium parentes fasce ponderum obruerentur, amorem ad eò ingentem, ac violentum, velut æquilibrium quoddam, mentibus illorum Deus inseuit, vt velint nolint, sobolem diligere, eorumq; causa omnigenas subire difficultates, & æqua eas mente perferre cogantur. Quod obstupescens Seneca exclamat:

*Seneca  
Hippol.  
Naturæ a-  
mor lenis  
est tyrānus,  
ed potens.*

— *Omniū potens*  
*Quanto parentes sanguinis vinclo tenes*  
*Natura, quàm te colimus inuiti quoque!*  
Quæ si dicat, Naturalis amor benignus quidam est tyrannus: sed ad eò quidem potens & fortis, vt licet amandi nec voluntatem, nec animum haberemus, ad diligendum nos ipse cogeret, & inuitos amare compelleret ea, ad quæ nos impellit.

Potè si naturalem paternitatem tot anxie-

tudines & sollicitæ curæ stipent ac sequantur, spiritualis sanè longè maioribus vehementioribusque cingitur, ad eò vt tam in hac, quàm in illa excellenti quodam & naturalem omnem transcendente opus sit amore, quo spirituales patres animarentur, & inuicti infractique in laborando persistenter, omnesque labores & incommoda, quæ se offerunt, athletica quadam constantia perfringerent. Quàm hoc sit molestum ac laboriosum, declarat in ea quæ ad Galatas est Epistola Apostolus, dicens: *Filii mei, quos iterum parturio, donec firmitur Christus in vobis.* Vide, vt conqueratur & gemat quasi temper parturiens, & quasi perpetuis in torminibus agens, quæ mox explicat dicens: *Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt caderet nos etiam viuere, & patientiæ præpmodum tabulam abijceremus.*

Ceterum, Auditores, dum de filiorum spiritualium productione loquor, sanè pie que loqui me velim existimetis, de conuersione scilicet infidelium per Euangelium, de hæreticorum confutatione per scripturarum testimonia, de paruulorum regeneratione per sanctum baptismatis lauacrum, de præuaricantium respicientia per Sacramentum Pœnitentiæ, denique de animarum salute per superiorum adificationem & bonum exemplum, quæ sanè spiritualium generationum species sunt, quibus animæ nascatur Deo, & populi, prædicationis aut Sacramentorum adminiculo ad Deum conuersi, filij eiusdem constituuntur. *Qui sunt patres & filij spirituales.*

Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. An non spiritualis hæc generatio satis iuperque exposita est?

Labores porò, pericula, difficultates, inquietudines, & anxietates eidem adhære solitas omnium Prælatorum & Patrum spiritualium nomine verbis efficacibus exponit Apostolus ad Cor. scribens: *Puto, inquit, quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos, quoniam spectaculum facti sumus mundo, Angelis & hominibus: mudo, nos vt exhiberet; Angelis, vt obstupescant; hominibus, vt imitentur, & patientiæ nostræ exemplum præ oculis habeant.*

Ecceius verò memoria complectatur, cuius lingua

Labores  
Apostolo-  
rum pa-  
tientiaj in  
animarum  
conuercio-  
ne

1. Tim. 2.

Philip. 1.

Mirabilis  
Apostoli a-  
mor erga  
proximū.

A Christo  
petit sepa-  
rari pro-  
pter proxi-  
mum.  
Rom. 7.

Lingua exprimat labores infinitos & cruciatus  
incredibiles, quos primogenij illi Ecclesiae Pa-  
tres pro filijs suis spiritualib. passi sunt? Vniuer-  
sum etenim terrarum orbem peragrarunt; ter-  
ram ac mare circumiecerunt, vtrumq; sub axem  
penetrarunt, ad insulas appulerunt incognitas,  
barbaros deniq; & immanitate terribiles po-  
pulos adierunt, idque cum praesentissimo vitae  
periculo. Hanc ob causam tam intensam ijs  
Deus charitatem indiderat, vt dicere nemo nō  
illorum possit, quod illorum de numero vnus:  
*Omnia suslineo propter electos, vt & ipsi salu-  
tatem consequantur in Christo Iesu: Contume-  
lias, inquam, iniurias, calumnias, tormenta,  
persecutiones, incommoda, austeritates, rigo-  
res, corporis afflictationes, ieiunia, vigilijs,  
mortificationes, denique omnia, quia imō  
mortem ipsam pati paratissimus.*

O ignes! o aestus! o charitas! quō non hic a-  
mor peruenit? quō non sanctorum horum Pa-  
trum affectus penetravit? Huc admirationum  
me rapiunt illa Apostoli in ea quae ad Philip-  
peas est epistola incendia, quibus vitam hanc  
mortalem media inter discrimina, sollicitudi-  
nes ac difficultates proximi causa subeundas,  
cum vita beata in gloria caelesti cum Iesu  
Christo, propriae beatitudinis respectu, aequi  
parat; & ait: *Quid eligam, ignoro; coarctor ve-  
rō è duobus: desiderium habens dissolui & esse  
cum Christo, multo magis melius permanere, e au-  
sem necessarium propter vos.* Ecquod amoris  
incendium? quā sancta & ardens haec passio?  
quā supernaturalis hic raptus? vt prorsus ne-  
sciat caelumne eligat, in quo inter beatos  
agat, an terram, in qua miserijs adobruatur,  
idque solo proximi & animarum salutis in-  
tuitu.

Amoris autem huius violentia in Aposto-  
li huius animo ita suas exerebat vires, vt et-  
iam vltterius eum egerit, & à Deo separari dis-  
iungique voluerit, quōd apud homines ageret  
Alias vtrum eligeret, ignorabat, mortemne,  
vt per eius ianuam in Christi gloriam ingre-  
deretur, an verō vitam, vt hoc pacto apud  
homines commemoraretur: sed ad Romanos  
scribens, ingenuè palamque confiteri non eru-  
bescit, amore ductore & impulsore, anathe-  
ma se, id est, excommunicatum, semotum, ex-  
clusum ac separatam à Christi Iesu consortio  
esse velle pro fratribus. *Mihi forsitan fidem*

non adhiberetis, nisi eius ad manum testi-  
monium haberem: *Cupiebam, inquit, & ego a-  
liquando anathema esse à Christo pro fratribus Chryso-  
stomus, & rō anathema heroicumque Apo-  
stoli animum demiratus, ait hīscē cum verbis  
sensibiles tartari cruciatus in caput suum  
deuocare. Hem quae mirabilia quae paradoxa!  
amote in proximum animas ita inebriari, vt  
& infernalīa pati tormenta paratae sint & ex-  
optent? Nec mirum hoc vobis amplius videat-  
ur. Auditores: amoris siquidem proprium est,  
animos succendere, affectum inflammare,  
sensus infatuare, potentias expugnare, timo-  
res pellere, difficultates facilitare, pericula e-  
neruare, loca inperuia peruia reddere, labores  
minuere, spinas in rosas mutare, absinthium  
in mella, omnigenas denique poenas inermes  
prorsus facere.*

Iacob cum ingrato Labano septem ipsos  
annos, magno cum labore, molestia & incre-  
dibili sollicitudine, venustam vt Rachelem  
in vxorem nancisceretur, seruisset, videban-  
tur tamen illi dies pauci pra amoris magnitudi-  
ne. quod explicans S. Aug. quaestionibus in  
Genesis, ait: *Quaerendum est, quomodo dictum  
sit, videbantur illi dies pauci pra amoris magni-  
tudine, cum magis etiam breue tempus longum  
esse soleat amantibus.* Concludit ergo tandem:  
*Dictum est ergo propter laborem seruitutis,  
quem facilem & leuem amor faciebat.*

Ex longo hoc praecmio multisque praem-  
bulis facile est colligere, amorem Praelato-  
rum in filios spirituales magnum & intensum latorum  
inprimis esse debere ac fortem quā maximè, erga filios  
Hinc Christus Ecclesiae suae regimen & ani-  
marum curam Petro concrediturus, eumque magnum sit  
vniuersalem & generalem electorum ac fi-  
delium omnium patrem constituturus, tertio  
eum, num se diligeret, interrogauit, tertio re-  
petens: *Petre amas me? Credamne Petre me à  
te diligi? de tuone amore esse certus queo Pe-  
tre, & omni in casu eius habere argumentum?* amor erga  
Iteratae hae interrogationes hoc vnum specta-  
bant, vt hinc nimirum intelligeremus, eum,  
qui Patris spiritualis munus ac partes sustinet,  
tanto in suos amore ferri debere, vt parentum  
carnalium erga filios dilectionem infinitis  
partibus transcendat.

Colligi hoc ex hac Mosis ad Deum expo-  
sitione

Mirabiles  
sancti amo-  
ris proprie-  
tates.

Gen. 29.

super Gen.  
9. 88.

Patrum  
spiritualiū  
amor erga  
subditos  
superare  
debet amo-  
rem paren-  
tum carna-  
lium erga  
filios,

Num. II.

stulatoria oratione queat, quam in librum Numerorum ipse retulit dicens: *Cur, Domine, imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum?*

Prelati non secus suos habeant, quam nutrices alios.

III.

Ioan. 13.

E quibus elicio verbis, Deum populi sui curam Mose credendo, simul eidem præcepisse, cum non alio vt diligeret ac tractaret affectu, quam filios pater, aut alumnos nutrix de vberibus pendentes.

Hinc toties hunc Apostolis suis veluti primis Ecclesiæ suæ Partibus amorem præcepit & commendauit Redemptor, ac præsertim hodierno in Euangelio, in quo legere est: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Præceptum hoc suum vocat, quod capite proximè præcedente nouum appellat dicens, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, amore scilicet perfecto & omnem paternum affectum longè superante, omniaque etiam mortem ac supplicia extrema perferente.*

Potissima interpretum Græcorum pars, vt sanctus Ioannes Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, & inter Latinos Rupertus, idcirco præceptum hoc nouum censent appellari, quòd in veteri quidem lege iustum esset proximum diligere sicut seipsum, at modò in lege Euangelica plusquam nos ipsos diligere iubeamur: iubemur namque eo inuicem amore complecti, quomodo Redemptor dilexit. Certissimum porro est, illum nos plusquam seipsum dilexisse. testatur id Apostolus Philippenisibus scribens:

Philipp. 2.

*Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanauit formam serui accipiens.* Pluris haud dubie nostram fecit amicitiam & affectum, quam suam; cum ita sui ipsius est oblitus, vt è Rege se & supremo omnium Domino vilissimum iterum ac mancipium constituerit.

S. Augustini ac Bedæ interpretatio.

Sanctus Augustinus porro & Beda in aliam simul secedentes sententiam, idè nouum hoc dici mandatum volunt ob novos, quos producit in homine effectus; siquidem illum renouat, & pulso veteri fermento, & farinis Aegyptijs, vitæ introducit innocentiam, & verum ac cœlicum creat manna, efficit

que, vt simus, vt loquitur Apostolus, *noua Gal. 6. creatura.*

Putarunt nonnulli non alio mandatum Tertiam hoc nouum modo vocari, quam lex Euangelica noua, & Iesu Christi testamentum nouū dicitur: etsi enim antè præceptum hoc latum esset, à filio tamen Dei denuò publicatum, & nouo quidem spiritu fuit; vt potè qui vniuersa innouatus venerat, ac de se ipse loquitur, *Ecce noua facio omnia.*

Apo. 11.

Alij in alia omnia concedunt, & à prioribus illis opinionibus abeunt, idè nomen hoc noui illi inditum arbitrantur: quòd, cum velut inueteratum, & longo, sed prauo vsu quodammodo inoletum & quasi obliteratum, antiquatum; ac senimortuum esset, ipse mundi Redemptor illud quodammodo resuscitans, restaurans, orbi commendans, & iam vsum reuocans, nouum propterea vocari voluerit, & ita etiam ipse appellari.

Quarta interpretatio.

Sunt & alij, qui nouitatem hanc eò spectare volunt, quòd lex antiqua non nisi externam dilectionem præciperet, aut non nisi ad pacem politicam publicamque quietem eandem referret: at Christus interiorem mandauit, vitamque sempiternam illi in scopum proposuit; atque hanc forsitan ob causam mandatum hoc nouum ipse appellauit.

Quinta.

Alij longè alia sentientes, priores expositiones reiicendo, suam ve:ò stabiliendo, idè præceptum hoc nouum dici opinantur, eò quòd, tametsi in veteri Testamento mandatum id innotuerit, ipsum tamen obscurum, tenebrosum, intricatum, & totæ caeremoniarum velut nube inuolutum fuerit, vix vt appareret amplius; imò iam plane abolitum videretur; sed in Euangelio, omnibus hisce nebulis dissipatis, ac caeremonijs abolitis, elucere, illu- itre esse ac splendescere cœperit, quasi noua quædam constitutio ac decretum inauditum foret.

Sexta.

Nulla harum opinionum non probabilis est, suaque omnes ratione nituntur, quin & singulas summè suspicio ac magnificatio; sed ex oculor & amplector eam, quam nostræ ætatis quidam interpres, insignis & ingenij & doctrinæ non vulgaris profert; qui in locum Loquendi illum Ioannis 13. *nouum pro præstantissimum* interpretatur, ex vulgato Hebræorum loquendi modo. Hebræi namque quid quid

Maldan- tus in illud

Ioan. 13.

Mandatum nouum.

Ioan.

Loquendi ratio Hebræis fami-

liaris.

Vult



quid rarum, illustre, eximium, aut quocumque modo excellens exprimeret dum volunt, nouū id solent dicere. Exemplo sit locus ille Psalmi, *Cantate Domino canticum nouum*, id est, excellentissimum; eò quòd noua veteribus & antiquatis præstare videantur. Eundem Hebraismū in Isaia notare est, ubi legitur, *Ego creauit caelum nouum & terram nouam.*

IV. *Quomodo proximus nobis sit diligendus.*  
Hæ ergo sunt rationes, ob quas hoc diligendi mandatum nouum dicatur, hæ sunt eius & veteres & nouæ nominis interpretationes, restat ergo duntaxat ipsum diligendi modum nosse, quem in Euangelio Redemptor præscribit, cum dicit, *sicut dilexi vos*. non docet rem verbis aut ore, sed re ipsa, & per effecta, quasi diceret: Nihil vobis iniungo, nihil mando, quod non ante ipse præstiterim: nemo suo illos amore indignos existimet, quos ego ipse sum amore complexus, vt vitam & sanguinē illorum gratia impenderim.

Hanc mihi interpretationem suggerit aduerbium *sicut*, quod Redemptor hic adhibet, *sicut dilexi vos*, vt scilicet non modum duntaxat, sed magnitudinem etiam amoris, quo inuicem ferri debemus, designaret. Atque ita hoc doctissimus exposuit Rupertus dicens: *Palam faciebat, quomodo vel quantum diligeret nos, tamquam si apertius dixisset, vsq; ad mortem diligit inuicem, quia vsq; ad mortem dilexi vos, &c.*

*Amavit nos Redemptor sine vllis meritis.*  
Dilexit porrò nos Redemptor sine vllis præuijs meritis, & primum ipse nos est amore dignatus ex solâ bonitate sua, nulla vt in nobis esset sufficiens ratio, ob quam hoc modo diligeremur, at sexcenta potius odij causæ, propter quas æternum velut peccatis inquinati rejiceremur. Ita nos quoque erga alios gerere oportet, ipsis benefaciendo, & diligendo, nō illos tantummodo, qui amici nostri sunt, amarique merentur, sed & omnes in genere, & quos diligere non tenemur, ipsorum merita præuenientes. Idque exemplo Redemptoris, de quo legitur in Euangelio, *sicut dilexi vos, &c.*

*Ioh. 17.*  
Amorem porrò hunc etiam extendi voluit Deus, & vnionem hanc & charitatem etiam maiorem esse, vnde ad Deum Patrem suum orando, ait: *Pater oro, vt sint vnum, sicut ego & tu vnum sumus, vt credat mundus, quia tu me misisti.* Maxima sane vnio ac perfectissima quædam charitas hisce est verbis exposta: &

significare Redemptor voluit, eam inter nos mutuò concordiam, vnionem, & charitatem debere reperiri, quæ inter personas SS. Trinitatis datur, vtpote quæ in omnibus, & per omnia infinita est; hæc quæ proinde forinsecus & externus adeò magna videatur, vt ex ea mundus videat Deum in terras venisse, eamque hoc modo instituisse. Hæc proculdubio respectum habuit Tertullianus, cum mutuam fidelium charitatem, vnionemque *summum reip. Christiana miraculum vocat & symbolum.* Vera namque Christianorum nota est inuicem ita diligere, vt eos inuicem Christus dilexit, iuxta hæc Euangelij verba, *sicut dilexi vos.*

Ingenitè haud dubiè Redemptor dilectione ostendit, quandò naturam nostram sibi veluti connubio copulauit, quin & maiorem, cum eadem iam assumpta, pro amicis iuxta atque inimicis vitam ponere voluit. Exaggerat hoc Apostolus dicens: *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus pro nobis Christus mortuus est.*

Secundo Regum libro extremum sanè Dauid Rex erga filium Absalomum affectum declarat, quando cognito cum transfixum, in has voces queribundus erupit: *Fili mi Absalò, quis mihi det, vt ego moriar pro te?* quasi diceret: Ita te corde meo infixum gerebam fili mi, vt audiens te è vita decessisse, ipse pro te naturæ debitum soluere mallet, teque meo regnare loco: nullum modò mihi superest gaudium, voluptas nulla, solamen nullum: vellem ex animo pro te mori, & te viuere. Sed quod Rex ille expressit verbis solùm, hoc Redemptor re ipsa ostendit & præstitit, vitam suam pro nobis exponendo.

Designatur hoc obscura quædam ratione in libro Exodi, ubi inter primaria Pontificis summi ornamenta rationale iudicij describitur, quod eleganter scireque fabrefactum, & duodecim gemmis duodecim tribuum nomina præferentibus, insignitum, super Pontificis pectus ponebatur: decorem illi & splendorem addebat zona hyacinthina ac baltheus, quo rationale cingebatur & superhumertale. Adeò vt Pontifex hoc modò vestitus, imago foret Iesu Christi magni illius Sacerdotis, qui fideles omnes in corde & affectu insculptos gestaturus erat, atque insuper regia quadam zona cingen-

dem inter mortales esse vnionem, quæ inter personas diuinas est.

Rom. 5.

2. Reg. 18.

Exod. 28.

Figura amoris Christi erga homines.

cingendus, non quidem coloris hyacinthini, sed aurea penitus, id est, amore quodam erga homines ardentissimo. Quod verò olim figuratè expressum fuit, hoc e re ipsa in Euangelio completum fuit, vbi dicitur, *Sicut dilexi vos.*

*Apoec. 1.*

Eadem in significatione videre est in Apocalypsi angelum *præcinctum ad mamillas zona aurea.* Scio sanctum Augustinum & Ambrosium per cingulum hoc aureum multitudinè Sanctorum designari velle. Noui item Abbatem Rupertum per ipsum regiam Christi auctoritatem ab omni miseria & corruptione immunem intelligere, de qua in Psalmis lego:

*Psal. 92.*

*Dominus regnauit, decorem induit us est, induit us est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.*

Charitas designata per zonam auream Apocalypsi.

sed veritatem tangunt propius, qui per zonam hanc auream charitatem putant denotari. Per duplicem autem mamillam, dulcedinem & suauitatem amoris Iesu Christi erga Ecclesiam intelligere oportet, aut duplex Testamentum, aut misericordiam & iustitiam Christi, quibus Ecclesiam gubernat, quòd vtraque hæc regendæ Ecclesiæ ratio à charitate ac dilectione verè aurea, id est, perfectissima procedat: & verba *cingi & cingulum* designare, in Christo Iesu maximum & arctissimum cum fidelibus caritatis vinculum existisse.

Charitas cingulo assimilatur.

Mirum potro videri nemini debet, si charitatem, etsi virtutum cæterarum reginam cingulo comparemus. Apostolus enim Paulus eandem comparationem adhibuit dicens: *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:* quasi diceret, Charitas est velut illustre quoddam cingulum, eò quòd omnes stringat, vinciat, cingat & quodammodo contineat virtutes, impediaturque, ne quarum velut in gloria ac nullius valoris humi serpat.

*Coloss. 5.*

Huc alludit haud dubie Seruator Apostolos suos alloquens, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris.* quid his Redemptorem verbis designare voluisse putabimus? Auditores. Crediderim equidem in hoc loquendi itopo per cingulum charitatem notari, v. pote quæ cæteras virtutes continet ac retinet, semperque renes nostros ac cor debet cingere; per lampades autem ardentes viam quamdam fidem, quæ ambæ virtutes Dei seruis in tantum necessariæ sunt, vt iisdem destituti vix incedere, id est, vix in hoc mundo

Charitas ac Fides Christiano necessaria. *Luc. 12.*

viuere & in altero mercedem sperare valeant aut præmium.

Eandem credo ob causam duas illas catenas aureas in rationali Pontificis charitatem adumbrasse, quæ catenæ instar virtutes alias Christianas ligare & continere debet: *Facietis, inquit Deus, in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo.* quæ hoc modo verba Venerabilis Beda exponit: *Catena, inquit, ex auro purissimo est continentia casta, & non ficta dilectio, rationali, id est, cordi, firmiter affixa, duæ autem sunt, quia duplex est amor, Dei videlicet & proximi.* Hic potro in proximum amor in Euangelio nobis potissimum commendatur, idque exemplo amoris Christi Iesu, *Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, &c.*

*Exod. 1.*

*Beda.*

*Ser 6. 1. 1. 1.*

Hæc autem eius dilectio adeo vehemens & intenta fuit, vt eam sanctus Bernardus in Cætica scribens, esse dixerit, violentam, potentem & longo vulgarem amandi modum interuallo transcendentem: *Itane summus omnium v-nus factus est omnium? Quis hoc fecit? amor dignitatis ne cuius, dignatione diues, effectu potens, sua su efficax, quid violentus? triumphat de Deo amor. quid tamen tam non violentum? amor est, quæ est ista vis, quæ so, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam?* Auditine quid vnquam elegantius aut dignius? Notanda porro vltima verba sunt: *Tam violenta ad homines victoriam* Et sanè Redemptoris in genus humanum amor violentus ad victoriam fuit, id est, est, ad superandas & perfingendas difficultates & impedimenta omnia, quæ ab hominum peccatis ac demeritis poterant occurrere. Adco vero illum crimina & horrida flagitia nõ impediuerunt, vt ad vehementius etiam & maiori cum violentia amandum ipsum potentius excitarent.

*Christi in*

*ad homines*

*amor di-*

*violatus*

*ton*

*S. B.*

*veru*

*Apo*

*47.*

Hanc forsitan ob causam Apostolus, hac de re agens, ait Redemptoris amorem omnem scientiam exsuperasse, quæ cum incomprehensibilem, & omnem humanam cognitionem transcendentem iudicaret. Is naq; verborum eius sensus: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas & profundum scire etiam supereminentem scientia charitatem Christi.* Hæc autem expositio è Græco melius intelligitur, in quo legimus, *ὅτι πρὸ πάντων τῶν γνωσίων ἀ-*

*Ephes. 1.*

*γάτων*

Amor Christi omni scientia supereminet. *ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ ἔστι, ut is sensus sit, Charitatem Christi esse supereminentem omni scientia, & omnem longè transcendere cognitionem. Nos quoque promissi immemores, limites transilire nostros videmur, spondentem namque quàm breuissimè ea, quæ Euangelij erant, uāscurrere date veniam, Auditores, ipsa me amoris vis aliorum nihil minùs cogitantem abripuit, & plura quàm putaram, dicere coegit, sed eam receptui, & ad alterum orationis membrum accingar, quo magni huius Apostoli Barnabæ, cuius hodie festum anniuersaria festiuitate cultuque recolimus, virtutes, gratias, merita, charismata, ac reliquam eius perfectionem, dicendo profèqui statueram.*

V. Porro antequam vestum hoc æquor confendam, dubiolum quoddam, cuius diremptio ad gloriosi huius viri laudem ac gloriam marifice facit, dissoluendum est: Num icilicet sanctus Barnabas verè Iesu Christi fuerit Apostolus. Rationes quæ id dissuadeant, sunt hæc.

1. Prima, quia fuit de numero septuaginta duorum discipulorum, non verò de duodenario Apostolorum choro. Secunda, in vniuerso Euangeliorum contextu, quo loco duodecim recensentur Apostoli, nulla sancti Barnabæ fit mentio. Tertia, Matt. 19. non nisi duodecim sedes memorantur duodecim Apostolis destinata; e quorum numero etsi se Iudas proditor exemerit, constat tamen sanctum Matthiam eius esse in locum surrogatum. Quarta denique, si S. Barnabas Apostolis connumeraretur, uedecim forent; ac proinde plures quàm Redemptor ipse elegerit, idque textui Euangelico aduersari videretur, in quo habemus, *Nonne ego vos duodecim elegi?*

Certissimum tamen & exploratissimum est, sanctum Barnabam verè esse Apostolum constitutum, & vna cum Apostolo Paulo ad illustre hoc munus adoptatum; idque singulari Dei iussu, vt ex Apostolicis actis sit manifestum; *Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.* quibus Apostoli reliqui deinde manus imposuerunt, & precibus præmissis missionem illis decreuerunt. Quod verò ad Diui Matthæi locum, qui sententiam nostram maximè coauellere, & opinionem contrariam stabilire videtur, attinet, dico vel numerum certum pro incerto eo loci positum

esse, vt i Scripturæ insolens non est; vel non hinc erui plures proprie ea sedes non fore, sed dumtaxat suam horum vnicuique in cælo sedem futuram, & in eadem duodecim tribus dijudicaturum, quasi ideo plures alij Sanctorum sedes non essent habituri, aut cum alijs confessuri. Hinc etiam Regius Propheta de hitæ sedibus indistinctè loquitur, *Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David;* vt certum illarum aut statuum numerum nõ esse innuat. S. Ioannes suis in apparitionibus viginti quatuor se ait vidisse, *Et in circuitu eius sedilia viginti quatuor.* Quare cum ipsum Apostoli nomen non nisi missum significet, & S. Barnabas verè à Spiritu S. cum Paulo sit missus, minimè dubitandum, quin verè Apostolus fuerit.

Hoc primum constituto, iam sancti huius Apostoli laudes benedictionesque dicere exordiar. Incipienti occurrit, illum in Scriptura *virum bonum* appellari: e quo titulo eius virtutes, animæ constitutio, morum honestas, vitæ sanctitas cui potest, quod sanè nomen honorem, gloriam ac laudes includit, & non nisi in filios Dei, & ad vitam æternam speciat. in prædestinatos quadrat.

Multi quidem egregio hoc & sancto appellati sunt cognomine, sed nemo non illorum vir magnus fuit, & electus ac designatus à Deo, & ab hominibus idcirco cultus ac honoratus. Primus, quem glorioso hoc decoratum titulo comperio, fuit Saul, primus Israelitarum rex, cui hoc Scriptura dat elogium; *Et erat ei filius, vocabulo Saul, electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo; ab humero & sursum eminebat super omnem populum.* Duo his in verbis noto: primum, Saulem, antequam regno admoueretur, & regimen populi caperetur, electum à Deo fuisse & non ab hominibus; fuisse electum vt bonum, & omnium popularium optimum, & magnitudine cæteris supereminentem: vt hinc euident fiat, eos qui ad regimen aspirant, & dignitatibus tam politicis quàm Ecclesiasticis inhiant, suam expectare electionem debere, & donec cœlitus vocentur, non verò à terra: debere insuper esse bonos, omnium optimos; & cæteris non magnitudine corporis, non generis nobilitate, non opum copia, non alijs mundi eminentijs,

*Psal. 120.*

*Apo. 4.*

*S. Barnabas dictus vir bonus.*

*Multi in Scriptura dicti viri boni.*

*1. Reg. 9.*

tij, sed virtutum, doctrinae, sanctitatis, meritorumque magnitudine ac praerogatiuis praecellentes.

Hominis inconstantia,

Alterum quod noto, est, Saulem, etsi cœlitus electum, etsi regem terrenum, & omnibus, qui tum in Iudæa agebant, & sanctitate & bonitate initio præstantem, antequam quidem mundanæ magnitudini se immergeret; nihilominus tamen potuisse reprobari, in pessimū degenerasse, ad maxima flagitia descendisse, & ferali ac funesta catastrophe vitam conclusisse. Causa terribilis, mutatio admirabilis, vera tamen historia, vt hinc inscrutabilia diuinorum iudiciorum arcana miremur, illinc verò salutis nostræ discrimina, fragilitatis fluxum ac refluxum, vitæque inconstantiam formidemus. Is siquidem hodie in prædestinatorum censetur numero, qui crastina fossitan die inter damnandos annumerabitur. Is initio est Christi discipulus, qui tandem, velut apostata, descensens cum Iuda aduersus Dominum suum conspirat, latronibus se adiungit, & omni honore, salute ac vita miserè excidit. Sæpè quoque hic vir bonus erat, & vitam integram ducebat, quamdiu priuatus fuit, & rebus sæculi se non immiscuit, sed vbi instar Saulis, ipsdem se dedit, & ad dignitates & honores extollitur, fit nequam, insolens, tyrannidem exerceat, omnibus malo est exemplo, & vitam scelestam viuitt, sed ad bonos viros nostros redeamus.

Honores mutant mores.

Dauid dictus vir bonus. 1. Reg. 29.

Secundus hoc dictus nomine est Dauid rex, qui ab ipso rege Achis hoc primum coram magnatibus cognomine est vocatus: *Vocauit ergo Achis Dauid, & ait: Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo; & non inueni in te quicquam mali ex die, qua venisti ad me, vsq; in die hanc.* Vt verò plena in eum laudum & præconiorum plausura conijceret, mox etiam subiungit: *Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei.* Beatus porro ille, qui hoc modo, & hac cum existimatione coram Regibus & Principibus terræ, & in mundi aula viuitt: beator verò, qui ad famam nomenque quod obtinuit, merita, morum honestatem, vitæque sanctitatem & integritatem adiungit, quæ vera bonæ existimationis fundamenta sunt & bases. Beatus, inquam, qui Dauidis exemplo apud Optimates, & viros principes, viri iusti, bo-

Dauid dictus bonus sicut angelus Dei.

ni sanctique nomen est consecutus: at longè beator, qui reuera apud Deum bonus est, & qui ad nomen, & quæ videntur exterius, interiora facit respondere, & mentem, & cor communi voci hominum ac plausui attemperat, quò perfectam vitam agat, ac tetrum hypocrisios ac palliationis subdolæ nomen fugiat.

Sed ecce nouum quid, & quod ad impiorum confusionem mirificè facit, Dauidem, etsi virum integerrimum, & vitæ sanctitate & innocentia Angelo parem ab Achis Rege iudicatum, aulicis tamen displicere, magnatibus iniuissimum esse, omnibus grauem, tandem etiam contumeliosè, probroseque aula eijci. Audite porro, quæ litterarum eius dimissoriarum fuerit formula: *Non inueni in te quicquam mali,* ait ipsemet rex, *sed satrapis non places, reuertere ergo, & vade in parte, & non offendas oculos satraparum Philisthym.* Hoc scilicet modo viri boni in aulis Principum & Summatum tractantur. Neque enim hoc semel duntaxat in Regis Achis Philisthæi, & idolorum cultui addicti aula contigit, sed quotidie in Christianissimorum Catholicissimorumque Regum aulis id fieri certissimum est: in quibus viri pij & fideles Dei famuli adeo displicent omnibus, vt, tametsi vitam agant inculpata, & omnisque piaculi expertem, tametsi mores & actiones nonnihil meram sinceritatem sperent, imò licet vel Angeli forent; Principibus, & satrapis displiceant, aulicisque sint graues: quos licet Reges vt viros integerrimos agnoscant, regia tamen eos excedere, & Regum penetralia deserere oportet. Vt enim Dauidis & Satraparum vita sibi inuicem aduersantur: humores Palestinorum cum territorio Philisthorum nequaquam concordant; ita nec virtutes, modestia, temperantia, sobrietas, castitas, honestas, cæteræque virorum sanctorum dotes aulicorum Principumque vitæ agendique rationibus placent. Sed ad lineam redeamus.

Tertius viri boni nomine indigetatus est Tobias sanctus: Ille senex, videns quippe Raguel filium illius filia suæ ambire coniugium, haud illibenter votis eius annuit, insigni & laudabili patris eius apud omnes nomine ac fama potius inductus: quàm opibus, quas speraret,

1. Reg. 19.

Boni viri auliciorum.

Tabie 7. Bonum parentum nomen filijs multum prodest.

raret, aitque: *Benedictio sis tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es.* Laudabile sanè filio est, & optimum, parentis sancti pijsque filium esse: atque hoc illi nomen maiora affert comoda, & honorem parit ampliorem, quam testamentum aliquot locupletissimis sponcioni- bus legatisque referissimum.

2. Mach. 5. Onias dicitur vir bonus.

Quartum hoc dictum nomine legimus summum Pontificem Oniam, cui hoc libri Machabæorum adscribunt elogium, *Oniam, qui fuerat summus Sacerdos, virum bonum & benignum, verècundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit.* O dotes & proprietates Prælato dignissimas! illi namque, qui alios regere cupit & dirigere, in primis est necessarium, ut vir bonus sit, benignus ac mitis, nullam vulgæ impudentiam, audacemque fronte insolentiam præferat, nullam in moribus dissolutionem, in verbis lasciuam; sed è contra cordis sinceritas, oculorum demissio, morum modestia, & eloquentiæ robur sunt illis, qui alijs præesse & dominari voluerint, cum primis necessaria.

Luc. 23.

Quintus, cui hoc Spiritus sanctus nomen indidit, est nobilis ille decurio in Euan gelio memoratus, fidelis ille Iesu Christi cliens, Iosephus ab Arimathia, cui hoc accinit Euangelium, *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus.* Illustre quidem nomen, sed in duce ac centurione militari, qualis Ioseph erat, insolitum, vocari iustum ac virum bonum, quæ duæ virtutes in homine bellis af- fucto rarissimæ sunt.

Ioseph ab Arimathia dicitur vir bonus.

Act. 11.

Sed hoc inter alios etiam nomine insigni- tus est noster Apostolus Barnabas, de quo in Apostolorum Actis legitur: *Vir bonus, & Spiritu sancto plenus.* Bonus inquam reuera, qui que assimilari meretur illi, de quo in Euangelio legi- tur, *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.* quot enim bona desideria, quot pijs conceptus & intentiones, quot deuoti affe- ctus, quot laudabilia proposita, aliæque diui- tiæ spirituales ex Apostoli huius cordis pe- nuariorum de promptæ sunt?

Luc. 19.

Lucæ 19. prudens ille paterfamilias pruden- tem ac frugi seruum de prædicans, à duabus po- tissimum rebus illum commendat, à bonitate nimirum ac fidelitate. *Euge serus bone & fide- lis.* Sanctus Barnabas verus fuit, Redemptoris seruus, & vitamque hanc virtutem inuio-

Sanctus Barnabas verus fuit, Redemptoris seruus, & vitamque hanc virtutem inuio-

*Bess. de Sanctis.*

tam seruaui, & in illius obsequium cul- tumque penitus impendit. Fuit namque illi ad mortem vsque fidelis, & toto vitæ tempore bonus ac sincerus permanfit, atque hinc *vir bonus & Spiritu sancto plenus* nuncupa- tur.

In Prouerbijs hoc velut tritum sermone ad- dagium leges: *Qui bonus est, hauriat sibi gratiam à Domino, neminem vtrquam existisse inter mortales mihi persuadeo, in quem ap- tius concinniusque prouerbijs hoc quadra- ret, quàm in sanctum Apostolum nostrum.* quod enim bonus eslet, à celo dextraque di- uina omnigenas gratias, dona, charismata, be- nedictiones, virtutes, meritaque hausit, ut & Spiritu ante sancto repletus fuerit, quàm in A- postolum ab eo segregaretur.

Prouerb. 12.

Apud Ecclesiasticum item in viri integri ac boni commendationem legitur; *Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, scientiam & intelligentiam,* quæ in Barnabam nostrum non absone trahi queant; cum enim bonus esset, vere in illum omnes hæc illu- stres qualitates Deus effudit; sapientiam ni- mirum ad cognoscenda mysteria; scientiam ad naturalium cognitionem, intelligentiam denique, quod se ipsum intus & in cute perspi- ceret. In signum autem hæc illi omnia collata fuisse, Spiritus sancti donis dicitur repletus, inter quæ tria hæc dona principem locum ob- tinent.

Eccli. 2.

S. Barnabas sapientia, scientia, & intelligentia cœlitus donatus.

Ecclesiastici caput sextum egregiam hanc mihi sententiam suggerit ad Apostoli huius boni præconium munificè deseruientem: *Ver- bum dulce multiplicat amicos, & mitigat ini- micos; & lingua gratiofa in bono homine abun- dat.* Hæc animo menteque penitus rimatus verba, ipse mihi haud vanus sum augur, hæc fatidico quodam spiritu iam tum de Aposto- lo nostro prædicta fuisse, cum enim vir esset optimus, tam gratiofa placensque eius fuit o- ratio, ut sexcentos inter se animos dissidentes reconciliarit, & belluinas & indomitas dulce- dine sermonis in hominibus passiones man- suescerit, cordaq; adamante duriora emolliue- rit. Et sanè lingua eius adeo disertæ & mouere edocta fuit, ut infinitas propè animas, quas peccatum extra viam salutis abripuerat, ad re- ctum iter Euangelica prædicatione reduxerit. Gratia siquidem loquendi cum vitæ eius boni-

Eccli. 6.

Viri boni sermo pla- cidus & gratiofus.

T t t a t c

tate iustificè quadrabat.

*Pfal. 118.*

**S. Barnabas**  
habebat  
bonitatem  
simul &  
scientiam.

**Cœna viti-**  
**ma in Bar-**  
**nabæ domo**  
**celebrata.**

**Mater eius**  
elemosy-  
nis dedita.

*Tom. 1.*

*Vir bonus.* Hanc potior bonitatem enixissimè suis in deprecationibus à Domino Regius Propheta postulauit, dicens: *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Pius hic Rex bonitatem simul & scientiam à Domino efflagitat: scientia namque sine virtute omnis est honoris & meriti planè expers. Sublimem siquidem esse Philosophum, & improbum Christianum vix simul consistunt. Porro vir bonus Barnabas vere vtrumque habebat; bonus quippe erat, utpote de quo scribitur, *erat vir bonus, & sapiens, quia plenus Spiritu sancto.* Atque scientiæ & bonitatis huius adminiculo populos cultu ac natione barbaros Christo afferuit.

Fuit reuera vir bonus, inque singularis eiusdem bonitatis signum ex historijs discimus, illius in ædibus sacram suam cœnam præ diè passionis Redemptorem celebrasse; cœnam inquam atque epulum illud illustre & exquisitum, simile ut non viderit vquam orbis, cui nimitum conuiuia interfuit ipse Dei filius, duodecim Ecclesiæ principes, in quo Apostoli omnes in Sacerdotes sunt consecrati & Episcopos, in quo sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum fuit institutum, S. Ioannes super pectus dominicum recubuit, & Redemptor ipse discipulorum pedes abluit, ablutosque terfit. Atque hæc omnia in Apostoli huius ædibus facta sunt.

Ipsa etiam mater eius elemosynarum effusione in pauperes inclita erat, & hospitalitatis nomine notissima, ut & Apostolos suo sepe numero recto exceperit. hinc & Apostolici senatus princeps Petrus, cum non sine miraculo Angeli auspicio ductuque è carcere Herodiano eductus esset, confestim recta Mariæ S. Barnabæ matris domum, velut propriam, petijt. Vnde colligere est, quantopere fidei ac sinceritati eius fideret, quamque eius in ædibus familiariter versaretur. Hæc suis in Annalibus Illustriss. Cardinalis Baronius.

Rursus *vir bonus* dicitur simpliciter & absolute, nullius ut mentio fiat imperfectionis. quod inter homines rarissimum est, etiam perfectissimos, nullum siquidem reperire est speculum, quod non vel minima sit macula vel labecula inspersum, quin & in ipsa Luna tenebras quasdam nubeculas cernere est. Verum

nec omnes simul Apostoli, nec omnes pariter homines quicquam, quod huius viri vitam coinquinaret, aut vel leuissimè inficeret, inueniunt. S. Hieronymus testatur, & ad oculum veritas ipsa patet, ita omnes de eius integritate passim benè sensisse, ut ob hanc ab omnibus coleretur & diligeretur.

Coleretur inquam, atque adeo quidem cultu, religione & honore, ut Lycaonij cum inter se agere conspiciat, eiusque vitam & actiones intuentes, stolidam quadam & idololatrica fatuitate dementati, in eam illic sententiam venerint, eum ut Deum in terram è celo delapsum crederent. Vnde scriptura: *Turbæ autem leuauerunt vocem suam. Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos.* Iudæi quidem Ioanæm Baptistam ut Messiam suspexere & receperunt, at Lycaonij longius progressi sunt, nam et si stolidè & in supportabili quadam superstitione S. Barnabam ut Iouem, maximè ac summum Deorum, in terris suspexere.

Forfitan ob summam, quæ in hoc Apostolo elucebat bonitatem, Iouis eum donarunt nomine Lycaonij: nam Iouem & optimum simul & maximum Gentiles dicebant, quo nomine bonitatem quandam extremam & supremam denotabant, quoniam ipsi gentes, ut vtrum bonum sincerumque, & cuius virtus maneret in concussa, nullis eedere nefcia casibus, ex primerent, eum ipsum pingebant Deum; in genti vinctum catena, quam reliquum Deorum vulgus attrahebat, cumque, sed irritò conatu, celo in terram detrahere contendebat. Hoc hieroglyphico vel emblemate signabant, hominem semel in virtute firmè radicatum, ac fundatum nullo quorūlibet impetu ac violentia vitiorum (quorum imago sunt vana illa deorum nomina & numina) non Martis violentia ac minis, non Mercurij eloquentia, non Iunonis opibus ac regnis, non Vulcani flama, non Venæ pellacia ac lenocinijs, non cantu Apollinis, aut Musarum delinimentis, non deniq; Neptuni procellis ab eadem ac recto mentis statu vquam diuelli posse.

Aut forfitan ob terribilia prædicationis illius tonitrua, & horrendas iræ diuinæ, celestium iudiciorum, flagellorum præuaricantibus præparatorum, ignis tartarei, suppliciorūque infernalium, quæ nulla non concione & exhortatione populo proponebat, commina-

tiones,

S. Barnabas  
ab vniuerso  
mundo  
cultus.

S. Barnabas  
ut Deus ha-  
bitus.

Ad. 14.  
Ioannes  
Baptista  
Messias ha-  
bitus.

Imago vni-  
boni apud  
Ethnicos.

tionem Iouis illum Lycaonij nomine donauerunt. Nam Ioui fulmina ac tonitrua ascribebant veteres. Audientes ergo magnum hunc Apostolum in cathedra detonantem, & diuine vindictae grauitate auditores percellentem, fulminaque ac tonitrua verborum per aures illorum spargentem, Iouem se alterum spectare & audire credebant in caelis tonantem, atque inde fulgetra in terras eiaculantem. Illius siquidem maiestas non minus Lycaonios percellibat, quam veteres illos Hebraeos fulmina Sinaica, qui verborum diuinorum fragores ac tonitrua ferre nequaquam valentes inclamauerunt: *Ne loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, &c.*

Exod. 32.

Verum hoc in facto non minus sapientiam simul & profundam S. Barnabae humilitatem, quam solidam sacrificulorum illorum superstitutionem admirari oportet. Narrat siquidem historica series, Paulum & Barnabam vbiue gentium Euangelium disseminantes, cum Lystram Lycaoniae oppidum venissent, & in ipso oppidi introitu claudo pedum vsum restituisent, a ciuibus miraculo hoc percussis, vt Deos quosdam habitos, & Barnabam quidem Iouis ob bonitatem naturalem, Paulum vero Mercurij ob eloquentiam, nomine donatos. Hinc Iouis sacrificulus ne neglectorum numinum reus foret, vtque Deos in terram delapsos debita mactaret victima, duci iheo ad illorum hospitia coronas & tauros iubet, qui illis velut debita statera que hostiae immolarentur. Quo viso Apostoli, & sanctus Barnabas in primis ob hanc populi impietatem vesaniamque excandescentes, sacrificiumque hoc derestatus, a turba se subduxit, & vrbē scissis ex iusta indignatione vestibus, excessit, caecos in sensatoque hoste idololatrias castigans, qui homines tam temere referēbant in Deos, & e creaturis mortalibus numen quoddam caeleste constituebant. Tentatio haec alterius mihi similis planē memoriam reficit, cum scilicet Zachariae magni filius Ioannes oblatos a Synagoga legatis ad se in desertum destinatis honores & illustre ac sanctum Messiae nomen repudiauit, seque iis censuit indignissimum.

S. Paulus dicitur Mercurius, &amp; Barnabas Jupiter.

Ioan. 9.

Ceterum haec vestis discissio irati, dolentis, stomachantis, ac blasphemantis animi est nota. Equidem libens concessero Mos siquidem apud ludaeos obtinebat, vt auditis horrendis

quibusdam blasphemijs, vel crimine insignia supplicia promerito, vel, vt magnū quendam inusitatūque dolorē testarentur, vestē discinderēt aut dilacerarent. Sexcēta huius rei exempla per Vestium sacras suppetunt litteras. Ita summus Pontifex disruptio Cayphas, audito Redemptorem libere se Dei signum filium dicere, quasi horrendam quandam, intolerabilemque blasphemiam inaudisset, stomachatus & succedens vestem dilacerat: etsi id Pontificē facere Leuiticus inhiuisset. Sed erat hoc veluti praebambuli quoddam, ac praesagium, dignitatem illā pontificiam breui abrogandā, & auiam eius loco successuram.

Matt. 27.

Leuit. 10.

Num. 14.

Ita quoque Caleb & Iosue, duae illae tribuū Israeliticarum columnae, viso populum panico quodam pauore consternatum, & falsis exploratorum relationibus nimis credulū, promissam Patribus terram, quam tamen ipsi coram explorant, inspexerantque, ingredi nolle, indignantes & feruidi iracundia vestem disciderunt. Ita & Ruben, Iacobi Patriarchae primogenitus, Iosephum fratrem paruulum, e cisterna allatum cernens, ingenti correptus dolore, vt indignari hocce ob factum insigniter se testaretur, rupit vestimentum suum.

Gen. 37.

Si plura testimonia & exempla vultis, Auditores, vos ipsi sacra euoluite volumina, & sexcenta huius farinae legentibus occurrent. Videbitis in primis in libro Iudicum, Iephte magnum illum Hebraeorum vindicem filiae sibi carissimae morte ob oculos posita, quam animo cordeque amaritudinem fouebat, foris etiam testaturum, vestem in frustra conscidisse. Eodem in tractu videbitis, Dauidem, nuntiata Saulis filijque eius Ionathae nece, ita animo indoluisse, vt eam vix aequanimiter ferens, & intrinsecum foris dolorem testaturus, vt cor amaritudine, dolore & indignatione dissecabatur, ita purpuram, paludamentum, trabeam, & cetera regiae dignitatis schemata coram principibus Israel diffrangeret.

Iudic. 11.

2. Reg. 41.

Inde transgressis in terram Hufitidem, & domum lobi ingressis, commiserationem vobis excitabit laudabilis ille paterfamilias, qui cum bonorum ac facultatum omnium iacturam, & omnes inimici insultus interrita mente pertulisset, & oculo siccō spectasset

T t 2 auditō

audito filiorum filiarumque omnium reper-  
tina domus ruina inuolutorum interitu, hosti  
fortunaque cedere, & animum videtur omnē  
deponere. Vt enim cladem hanc enuntio in-  
tellexit, dolorum aestu velut obrucis, & ama-  
ritudinis magnitudine victus, in terram se ab-  
ijcit, coelum gemitu & luctifico lamento com-  
plet, *Et scindit vestimenta sua*, suspirijs pectus  
dirumpit, & lacrymarum obruitur ocea-  
no.

*Thalmudi-  
sta lib. de  
magistr. de  
quadruplici  
morte.*

*In Misna-  
roth tract.  
de volum.  
paruo, ca. 3.*

Denique violenta hac vestium diffractione  
aut discissione insignem veteres blasphemiam  
& dolorem vehementissimum denotabant.  
Et sanē Thalmudistae in libro de Magistratibus,  
& in suo Misnaaroth scribunt, Iudaeam  
quamdam traditionem esse auditis blasphemis  
vestem discindere. Adeo ut Apostolus noster  
veterem hanc patriamque feruens consuetudinem,  
ac viso sibi ut numini cuidam ciues hos cultum  
& victimas de ferre velle, cum non nisi merus  
esset homo, ut absurdam rei huius indignitatem,  
blasphemiam & impietatem ostenderet, indignatus  
& stomachus vestem dirupit, vna cum socio  
ciuibus altē inclaimans: *Quid hoc facitis? Et nos  
mortales sumus similes vobis homines*, id est,  
Turpiter erratis omnes, nihil in nobis diuinitatis,  
vestri instar mortales sumus, & non secus  
ac vos in cineres conuertendi.

Ut illustre hoc Apostoli factum melius li-  
quidiusque eluceat, occurrit simile prope-  
dictaturam Augusti Caesaris facinus: cui cum  
Senatus populusque Romanus communi suffra-  
gio, magnaque contentione dictaturam populi,  
qua nullus in Republ. erat honos aut  
maior, aut dignior, deferret, ille honorem  
hunc reiiciens, genibusque in terram prostra-  
tis, vestibus dilaceratis, & corpore nudato, ut  
populo commiserationem excitaret, suumque  
honore delato dolorem ostenderet, populo  
supplicabat, hanc ut se dignitatem amoliretur,  
& in alium eidem parem transnderet.  
Generosum illud quidem & illustre in Roma-  
no hoc Imperatore est; at Barnabae nostri faci-  
nus longe dignius ac nobilius, cum enim Au-  
gustus non nisi popularis cuiusdam dignitatis  
honores repudiaret, hic omni diuinitatis glo-  
ria se indignum credidit, & quo eum tempore  
stolidi Lycionij diuinis afficere, moleban-  
tur honoribus, se ut hominem & mortalem

abiecit & dimisit. Insigne nobis hoc exemplo  
documentum dedit, ut discamus quam prom-  
ptissime honores, dum eos nobis mundus of-  
fert, fugere.

VI.  
Magna S.  
Barnabae  
humilitas.

Discimus hinc & alia quid autem? Praeter  
mundanorum honorum contemptum mag-  
nam profundamque humilitatem, ut intra  
proprios nos limites & esse nostrum conti-  
neamus, nostrum nihilum considerantes, & om-  
nem naturae ambitionem praescindentes, ne  
in fugacis tandem vanitatis aerem ventosque  
euanescat. Haurimus hoc ex illis, quae ad sa-  
crificantes protulit, verbis, dicens: *Quid hoc fa-  
citis? Et nos mortales sumus, similes vobis homi-  
nes*. Mundus eum ut Deum veneratur, ipse ve-  
ro non nisi hominem se esse agnoscit: immor-  
talitatis eum honoribus afficere populus fati-  
git, ipse originariae, naturalisque fragilitatis  
intuitu titillatam hanc auram, explodens ne-  
quidquam commouetur: mundus per super-  
biae eum aera gestit sustollere, ipse autem ad  
tutū humilitatis asyllum quantocivus confugit.

*Quid hoc facitis? Et nos mortales sumus*. Idē  
prope & eandem pene humilitatem noto in  
Angelo illo Apocalypseos. Ioannes namque  
ad eius conspectum extra se raptus, & Deum  
ipsum videre se ratus, illico ad pedes eius ac-  
cedere voluit, pronus illum adoraturus, & debitus  
diuinitati honoribus honoraturus; sed indignans  
Angelus impedit, & eum a se honorem  
reiiciens exclamat: *Caue ne feceris; ne me Dei  
instar ac numinis adores: coeservus enim sumus,*  
& serui conditione tibi par. Illustre sanē hu-  
militatis in Angelo exemplum, nec minus hu-  
militatis in Angelo dicentis: *Quid hoc facitis? Et nos  
mortales sumus*.

Apoc. 19.

Angeli ce-  
ludam hu-  
militas.

Discite vero, Christiani, discite in magni  
huius sanctiq; Apostoli ludo, nulla omnino re-  
inanē turgidū; instantiae typhū, citius decū-  
mescere, aut stolidae passionis flāmas celevius  
velut iniecta frigida extingui, elatas naturae a-  
las cō-nodiū praescindī, impetus superbiae me-  
lius retūdi, motus elationeiq; scitius cōprimi,  
quā mortis memoria, aut assidua exequiarum  
feraliū meditatione. Hic scilicet armis de i-  
nimicis triūphum retulit, affectus domuit, in-  
clinationes cohibuit, mundū subiugavit, ac de  
se ipso victoriam S. Barnabas retulit, dū hono-  
res reiicēdo, & mūdānos fastus exuendo sub-  
nectit, *Et nos mortales sumus*.

Mortis me-  
moria ad  
humilian-  
dam a vni-  
propterea.

Alexan-



Alexandrum Macedonem, qui vniuersum propè terrarum orbem sub imperij sui iura redegit, cum satrapæ ductoresque, parasitan-tes potius quàm sincere agentes vellent inducere, Deum vt se crederet, & omnes proinde illi immolare debere victimas. & diuinis ma-ctare honoribus; ipse quodam tempore saucius è conflictu rediens sanguineo perphlutus imbrè, suos illos adultores his verbis compellauit: Ite iam parasiti, stol. de mihi imponitis, meque ridetis: Deum me vt crederem totis mihi viribus persuadere voluistis; at ab hac equidem semper fui opinione alienissimus, verbaque vestra vt mellita adulatione indolcorata semper vt suspecta habui. nam hæc ecce vulnera, hæc plagæ, hoc sanguinis profuuium, & viui illi quos sentio cruciatus, longe fecus se rem habere declarant, meque docent hominem esse, & cæterorum ad instar moriendi necessitati obnoxium. An non hoc cum Apostoli nostri responso coincidit? Lytrentes persuadere satagant, Deum vt se crederet, ipse è contra clamat & agnoscit, non nisi mortalem se hominem esse, & in cineres, aliorum exemplo, conuertendum: *Et nos mortales sumus similes vobis.*

Sap. 7.

Sapientissimus Regum Salomon, inque scientia hac longè versatissimus, cum regia eum dignitas, honores & mundi splendor suffollere, è terra subuehere, & animum eius inflare contenderent, esse sui conditionis, naturæ & cinerum suorum vilitatis consideratione velut æquilibrio ac momento eum moderabatur, & velut ancora in tempestatibus fundabat, dumque ambitio ac vanitas, & superbia instarent vehementius; & totum obruere hominem gestirent, tum ille velut vallum & propugnaculum illis sententiam hanc obiectabat: *Sum quidem & ego mortalis homo similibus omnibus. quasi diceret, Quisquis demum in mundo sim, rex, potens, locuples, sapiens sim, alijsque titulis magnus; quemcumque etiam me homines dicant, faciant, ipondeant, iactent, sciam tamen oportet & agnoscam, hominem me esse alijs perisimilem, corruptioni, patredini, mortalitati non secus atque alijs obnoxium. An non Apostolus noster eundem scopum petit dicens: *Et nos mortales sumus similes vobis?**

2. Mach. 9.

Antiochus Tyrannus, Syriae Rex, eandem

se ob causam humiliat, quemque non cõminationes omnes, non arma, non vis vlla mundana forsitan flectere ac concutere potuissent, sola mortis mortalisque conditionis consideratio superbiâ illius domuit, turgentisq; animi nervos altum spiritus succidit: terra siquidem & intolerabilis mephitis vniuerso eius exhalans corpore in hæc eum prorumpere coegit verba: *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire, &c.* An non mortis cogitatio vela illum turgida contrahere coegit: an non exequiarum memoria animum supplicem reddidit? Ad eundem porò modum & Apostolus nosc. ait: *Et nos mortales sumus similes vobis, &c.*

Inopinatam hanc, tamen docere maxime natam, impij huius Antiochi sententiam demiratus sanctus Ioannes Chrysostronus, hinc in egregia humilitatis præconia, maxima sanè verborum acrimonia ac potidere prorumpit dicens: *Nihil conferendum humilitatis virtuti, ipsa enim mater est, & radix, & nutritrix, & fulcimentum, & vinculum bonorum: sine illa abominabiles, & scelesti, & immundi sumus. esto enim quis mortuos suscitaret, ac claudos sanet, leprosos purget cum superbia; nihil eo contaminatus, nihil magis impium, nihil scelestius. Longa quidem sancti huius Patris perodus est, sed permagnæ ædificationis, & ad propositum de humilitate Apostoli nostri sermo- nem mirificè faciens.*

Neque verò sola hæc virtus in tam illustri anima eluxit: nam præter humilitatem insignis quoque & incredibilis in eo caritas viguit. Hinc Actorum vndecimo cap. legitur vnâ cum Apostolo Paulo Christianis Antiochenis persuasisse, suis vt de facultatibus fratribus Hierosolymitanis, iam inde à sancti Stephani morte à ludæis in odium & detestationem Christi Iesubonis & opibus exutis, auxiliatrice largaque dextera succurrerent. Atque hanc ob causam cap. 4. *filius dicitur consolationis* his verbis: *Ioseph, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis; quod est interpretatum filius consolationis.* Ad quæ Glossa ordinaria notat, hoc cum dictum cognomine, quod eleemosynis largis & frequentibus egenos consolaretur. ibidem namque loci dicitur, venditis agris ac bonis paternis, quæ in Cypro insula, solo natali possidebat, pretium omne ex hisdem redactum,

in 2. Mach.

9.

Act. 11.

Act. 4.

D. ctus filius consolationis.

S. Barnabas  
magnus  
virtute ac  
doctrina.

Act. 13.

S. Barnabas  
repletus  
fuit Spiritu  
sancto.

ductum, ad Apostolorum pedes, ad pauperum solamen, attulisse.

Magnus ergo vir fuit Barnabas, magnus nomine & re, fide & charitate magnus, magnus denique virtute & doctrina. Virtutem eius iam profecuti sumus; doctrina magnum fuisse restat exponere. Ad quod vnum hoc suffecerit testimonium, illum ob insignem tam cœlitus infusam, quam studio visuque comparatam scientiam inter Antiochenos Prophetas, & primos legis Doctores etiam ante Magnum Paulum, esse annumeratum. Fidem apud vos huic sententiæ non inuenirem, nisi eam scripturæ verbis adstruerem, quæ ad manum habeo. illis ergo aures fidemq; date: *Erat autem, ait S. Lucas, in Ecclesia, quæ erat Antiochia, Propheta & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ colluctatus, & Saulus. Vnde fit verisimile, Barnabam scientia & doctrina illustrem ac celebrem fuisse; cum ob scientias infusas Prophetis, propter acquiritas verò Ecclesiæ Doctoribus accenseatur.*

Ad doctrinæ illius sublimitatem comprobendam nouas adducere rationes haud oportet, aut noua ad asserendam argumenta depromere. Suffecerit iam antè dixisse, plenum fuisse Spiritu sancto, ac proinde omnigena scientia ac virtute instructum. Ita namque in Apostolorum de illo refertur historia: *Erat vir bonus, plenus Spiritu sancto & fide. Quæ loquendi ratio denotat, non communes illum aut mediocres duntaxat virtutes, scientias, aut gratias habuisse, sed reuera excellentes, & in summo perfectionis gradu. Ad. ò vt Spiritu sancto repletus fuerit, per perfectam quandam castitatem, in anima; per feruentem quandam prædicationem, in ore; per diligens bonorum operum exercitium, in manibus; per abundantiam sapientiæ, in mente; per ardentem charitatem, in desiderijs; in anima denique, per eminentem quandam gratiam.*

Iam satis superque, Auditores, in gloriosi huius Apostoli laudibus & perfectionibus recensendis inhæsimus: materiæ paria non occurrunt verba; nec finem eius haberet oratio, qui longiorem earum texere seriem vellet. Satius proinde & vtilius puto illius virtutes imitari, quam mirabilia de prædicare. Eius igitur

vitam ob oculos ponite, labores perpendite, martyrium obstupecite: vita siquidem illius sanctissima fuit, labores innumeri, & mors dirissima; viuis namque Salamine Cypri vrbis flammis fuit adiudicatus.

Quot verò tibi, gloriose & illustris Apostole, nominibus deincta est Ecclesia? quantum tibi fideles omnes, & vniuersus terrarum orbis debet? Tu quippe inter primos Ecclesiæ præcones, inter principes religionis columnas, inter feruentissimos veritatis prædicatores, inter fidelissimos Iesu Christi famulos, inter præcipuos vitæ Ecclesiasticæ cultores dignus es censeri. Hem? quot ipse cruciatu per tulisti, vt crucem Dominicam exaltares? quot regiones & provincias peragrasti, vt barbaros Christo assereres? quantum viarum exhaulisti, vt animas Christo lucrificeres? quot pro amore Dei & eius gloriæ incremento ignominias, iniurias, opprobria & persecutiones per tulisti? Ei nimirum vitæ tuæ dies impendisti, ætatem omnem dedicasti, sanguinem effudisti, & vitam denique consecrasti. Hinc gloria te omnipotens cumlauit, immortalitati nomen tuum mundus dicauit, & omnigenos tibi Ecclesia honores, triumphos & laudes detulit. In honorem illa tuum festiuitatem instituit, bonumque vitæ tuæ sanctissimæ odorem sanctitatemque filijs suis ob oculos ponit, & ad imitationem eiusdem neminem non inuitat, vt postquam in hoc mundo nos, tui adinstar, deserimus, in altero exaltari mereamur, ad quem nos Pater, Filius, ac Paraclætus Spiritus perducere dignetur, Amen.

